Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



212

Deduxisti sicut oues populum tuum · bonus pastor dedux · quasi oues populi sui in manu
mosi & aaron · hoc fecit secundum litteram clerum cotidie facit in nobis in manu mosi
id est in lege · Sumus autem cum lex spiritalis est · in lege spiritali · aaron hoc est in sacer
dotio in lege & in sacerdotio tuo spiritali · Nos deduxisti populum tuum ·
hoc secundum litteram intellegamus de mosi & aaron · Eductus quidem est & mo
ses & aaron · Sed non introductus in terram repromissionis · successit ei ihs · Ut & id
quod scriptum est · Moses mortuus · in deserto est · aaron mortuus est · maria mortua
est · & hoc est quod scriptum est in psalmo · & per cuncta inquietes pastores in mensa uno ·
Uidentur tanto modo contra terram repromissionis & intrare non potuerunt · Iudaei uidentur
terram repromissionis & intrare non potuerunt · Mortui enim in deserto sunt & ca
dauera eorum sunt in solitudine eorum qui mortui sunt in deserto · Nos illi subihu
duce uenimus ad iordanem & intrauimus terram repromissionis · & uenimus ad galga
la & secunda circumcisi sumus spiritali circumcisione & ablatum est a nobis opprobrium aegip
ti · Tunc ipse ihs dux noster gladium tenet & semper nos precedit & pugnat pro nobis
& uincit & aduersarios · & septem diebus circumimus hiericho · hoc est istum mundum
canimus sacerdotali ub; · & circumimus hiericho hoc est istum mundum & cadent murei
& nos ingredimur & uictores existimus · Deinde uincimus ciuitatem ai · Uen
imus postea ad hieb; uenimus ad atar · Uenimus ad alias ciuitates · uincimus aduer
sarios · quos sub mosi uincere non potuimus · Quid ergo agamus ducente nos ihs ·
illo enim duce · illo pugnante nos uincimus · Ille imperauit sol ut staret & stetit · &
istius tempo ille magnus erat · ille imperabat sed nos efficiebat · Ille uictor exercit
ille quod frequenter dixi in spelunca quinque reges interfecit · Ille nos induxit in terram rep
missionis · illi agamus gratias · ille est filius non qd nos legimus nau ille est · qui
dicebat osee · quod nos aut legimus non enim dicit secundum hebraica ueritate aut
sed osee · hoc est saluator · Ue re saluator · saluauit enim nos & eduxit de deserto · & induxit
in terram repromissionis · Cui sit gloria in saecula saeculorum amen · LXXVII ·

INCIPIT · DE PSALMO · LXXVII ·

Praecipite scripturae diuina quando aduersus prandium in uerba fuerimus cum intelle
gentia mittamus manum nostram ad aepulas · Igitur & nobis diuersa prandium propositum
scripturarum est · Uenimus in pratum habentem herbas · florentem · hinc rosa rubet & indecan
dent lilia diuersi flores sunt · animam tuam hucilucq; trahit · unde flores pulchriores
capiat · si rosa collegimus · lilium relinquimus · si lilium tollerimus uiolenobis sup
sunt · In septuagisimo septimo psalmo quid misticus est · & sacramentis plurimis
inuolutus quantumcumq; aspexeris litteram flores sunt flores diuersi · & non possumus to
tos legere · Elegamus autem omnes qui possumus ex parte quae potest & colere florem ·

Illi enim mortui sunt neq; enim potuerunt intrare · Interram repromissionis